

SECUNDI REG.

Barzillai quoque Ghilbadites senex valde. Superfluit senex valde. descendit de Rogelim: & traduxit regem Iarden, ut prosequatur eum ultra Iarden. Erat autem Barzillai senex valde, filius octoginta annorum: & ipse pauperrimus regem cum moraretur in castris. Legendum est, in Machanaim, est enim ciuitatis nomen, erat enim vir dives nimis. Hebraice habetur, magnus valde, proculdubio diuitiis & consequentibus ad eas. Dicitur rex ad Barzillai: veni mecum ut quiescas securus. Iuxta Hebraum habetur, tu traxi mecum & pascam te mecum in Ierusalaim. Regiam curam ipsius promittit. Et ait Barzillai ad regem: quot sunt dies annorum vite meae ut ascendam cum rege in Ierusalaim? Filius octoginta annorum sum hodie: nunquid viginti sensus mei ad discernendum suave vel amarum? Iuxta Hebraum habetur, an discernam inter bonum & malum? proculdubio secundum sensum. Et immediate sequitur, an gustabo seruum tuus quod comedam & quod bibam? an audiatur ultra vocem cantorum & cantatricum? In specie declarat defectus duorum sensuum, gustus & auditus. & cur erit seruus tuus abhuc oneri domino meo regi? Paululum transibit seruus tuus Iarden cum rege: & cur retrahet mihi rex retributionem istam? Reuertatur quasi seruus tuus & moriar in ciuitate mea, iuxta sepulchrum patris mei & matris meae: & ecce seruus tuus Chimham transibit cum domino meo rege, fac ei quod bonum est in oculis tuis. Filius Barzillai erat iste Chimham. Dicitur rex: mecum transeat Chimham & faciam ei bonum in oculis tuis, & quicquid petes a me faciam tibi. Et transiit totus populus Iarden, & rex transiit: osculatusque est rex Barzillai & benedixit ei, tum gratias agendo tum imprecando bona. & reversus est in locum suum.

Transiit autem rex in Ghilgal, & Chimham transiit cum eo: totusque populus Iehuda traduxerat regem, & etiam dimidia pars populi Israel. Et ecce omnes viri Israel venerunt ad regem: & dixerunt ad regem, cur te surati sunt fratres nostri viri Iehude, & traduxerunt regem & domum eius Iarden & omnes viros Davidum cum eo. Et respondit omnis vir Iehuda ad viros Israel: quia mihi proprius est rex. Parui refert quod Hebraice habetur, quia propinquus rex mihi, & potest intelligi de propinquitate locali & de propinquitate carnali: eo quod & secundum locum Iordanis propinquus est tribui Iude, & de tribu Iude erat persona regis. & cur irascitur propter hanc rem? an comedendo comedimus ex rege? an munera nobis data sunt? Iuxta Hebraum habetur, an donatum donauit nobis rex. Omnem utilitatem excludunt.

CAPVT XX

197

eludunt. Et respondit vir Israel ad viros Iehuda & ait: & primogenitus ego sum, decem partibus ego major sum apud regem magisq; ad me pertinet David quam ad te. Iuxta Hebraum habetur, & dicit decem partes mihi in rege, & etiam in David ego plus te. Iudas & Beniamin simul ex una parte supputantur, decem vero reliqua tribus ex altera qua Israel nominatur. & propterea pars Israel dicit: decem partes mihi in rege, & in hoc rege qui est David sum plus te. cur fecisti mihi iniuriam. Iuxta Hebraum habetur. & quare pati suspendisti me, reducendo regem sine me. & non mihi nunciatum est priori. Iuxta Hebraum habetur. & non fuit verbum meum primum, cum sim longe maiore. Deinde immedie sequitur, mihi ad faciendum reuerti regem meum. Et est ordo literarum, ad faciendum reuerti regem meum mihi, conqueritur enim quod verbum suum (hoc est opera sua, concursus suis) non interuererit primo loco ad faciendum reuerti regem: dolet enim quod non fuerit expectatus, sibi que ut priori delatum, duriusque fuit verbum virorum Iehudae quam verbum virorum Israel.

CAPVT XX.

Accidit, ut ibi esset vir Bel'iah. Sæpe dictum est Belial significare absque iugo legis & morum. & nomen eius Sebah, filius Bich'ri vir Lemineus, hoc est ex tribu Benjamin. & clanxit buccina & ait, non est nobis pars in David neque hereditas nobis in filio Iisai, unusquisque ad tentorium sua Israel. Et ascendit omnis vir Israel à Danide post Sebab filium Bich'ri, ut autem Iehuda adhaerent regi suo à Iarden usque ad Ierusalaim.

Venit David in dominum suum in Ierusalaim: & tulit rex decem milieres concubinas quas dimiserat ad custodiendam domum, & tradidit in custodia eas. Legendum est, & dedit eas in domum custodiae, ut simul custodirentur velut in clauстро. & pauperes eas, & ad eas non est ingressus: sed erat clausa. Iuxta Hebreum habetur, & fuerunt angustate, limitibus ornatus & aliorum eiusmodi. usq; ad diem mortis sua in viduitate viuere. hoc est tanquam vidua vita ducentes. Et in præputio est horum ratio, quia cognita fuerant à filio eius Absalon.

Dixit autem rex Hamasa, tamen principi exercitus, ut promiserat, congrega mihi viros Iehuda tribus diebus: & tu stahic. Abiitque Hamasa ad congregandum Iehudam: & moratus est extra palatium quod ei constituerat rex. Iuxta Hebreum habetur, & moratus est ultra tempus quod preparauit ei, hoc est ultra triuduū. Ait autem

temp

tem David ad Abisai, nunc peius faciet nobis Sebah filius Bich'ri quam Absalon. Eo quod Hamasa ultra constitutum tēpus tardus erat, cōmisit David Abisai onus persequēdi Sebā, tu tolle seruos domini tui, proculdubio Ioab, cuius officiū transfluerat in Hamasam. & propterea nihil dixit David ad Ioab: sed milites appropriatos Ioab, mādauit assumi ab Abisai fratre eius. & persequere eū, ne forte ihuens sibi ciuitates munitas & effugiat nos. Legendū est, oculos nostros, ad similitudinem auū aucupes fugientiū ac occultantiū se in locis tutis ab aucupibus. Egressi sunt post eū omnes vires Ioab, & Cherethi & Peleti & omnes robusti. Hinc manifeste patet quod appellatione domini tui significatus fuerat Ioab: & præter viros Ioab, Cherethi & Peleti & oēs potentes adhæretes Dauidi exierunt cū Abisai. & egressi sunt de Ierusalaim ad persequendū Sebā filium Bich'ri.

Ipsius existētibus apud lapidem grandem qui est in Ghibon, Hamasa venit in faciem eorū: Ioab autem, Abisque officio introducitur Ioab cum eūtibus ad persequendū Sebā, ne iniuria fieret Hamasae: ut etiā hodie videmus fieri ab iis qui plus valere existimātur quam ipse dux. vestitus erat tunica stricta ad mesurā habitus sui, luxta Heb. habetur. cinctus panno vestimenti sui. Ad excludendū loricā fit ista descriptio. & desuper accinctus gladio depedante r̄sq; ad ilia. Legendū est. & super eū cingulū gladiū applicati super lumbos eius in vagina sua. Nihil aliud armorum habuisse describitur nisi gladium in vagina in cingulo super lumbos suos, qui fabricatus leui motu egredi poterat & percucere. Luxta Heb. habetur. & ipse exiuit & cecidit. Pronomen ipse demonstrat gladiū. describitur. n. q; volēte Ioab salutare Hamasam exiuit ex vagina gladius Ioab & cecidit tanquā casu, sed secundū veritatē ex industria: & quod Ioab gladiū nudū qui ceciderat eleuauit manu sinistra, & sic salutauit Hamasam. Dixitq; Ioab ad Hamasam, salve mi frater. Luxta Heb. habetur. nū pax tu frater mi? quod sonat, nū bene vales tu frater mi? & tenuit manu dextera Ioab mentū Hamasae quasi osculās eū. Luxta Heb. habetur. ad osculandū eū, vt vndique eū falleret. Hamasa autē nō obseruauit gladiū quem habebat Ioab. Luxta Heb. habetur. qui in manu Ioab. hinc enim habetur quod prædiximus: vide licet quod manu sinistra eleuatū gladiū nudū qui ceciderat tenebat Ioab. qui percussit eum in latere. Luxta Heb. habet. & percussit eū ipso in quinta costā. hoc est iuxta stomachum, ut alias declarauimus. & effudit intestina eius in terrā & nō iterauit ei,

Et mortuus est: Ioab autem & Abisai frater eius persecutus est Sebah filium Bich'ri. Mortuo Hamasa resumpsit principatum exercitus Ioab. ad hoc enim insinuandum præponitur modo ad Abisai quem David miserat ut caput. Et vir stetit iuxta eum de pueris Ioab: & dixit, ecce qui esse voluit pro Ioab comes David. Luxta Hebraeum habetur. quis qui voluit in Ioab? & qui qui Davidi post Ioab? Unica actio Hamasa aduersus Ioab describitur dupliciter. primum à complacentia Hamasa in officio Ioab: deinde à successione in officio eodem viuente Ioab coram Dauidre rege. & hoc ad exaggerandum præsumptionem Hamasa volentis se præferre Ioab qui tanto tempore cum Dauidre fuerat in hoc officio. Et sunt hæc verba opprobriatis Hamasa occiso, quis est nunc qui voluit aduersus Ioab &c. Hamasa autem conspersus sanguine erat in medio via: videntque vir quod subsisteret totus populus, & diuerit Hamasam de via in agrum & proiecit super, cum vestimentum cum vidisset quod omnis vienens ad eum subsisteret.

Quando autem amotus fuit, transiuit omnis vir post Ioab ad persequendum Sebah filium Bich'ri. Porro ille transferat per omnes tribus Israel. Luxta Hebraeum habetur. Et transiuit in omnes tribus Israel. De Seba sermonem fieri subiuncta insinuat. quanuis vulgata editio diffonet ab hebraica veritate: in qua post tribus Israel subiungitur. ad Abel & Beth'mahacham & omnia Berim. Et est nomen regionis tam Beth'mahacha quam Berim. Deinde immediate sequitur. & congregati sunt & venerunt etiam post eum. hoc est & viri Ioab congregati sunt & venerunt etiam persequentes per singula loca post Sebā: hoc est sequēdo vestigia eius. Deinde immediate sequit. Et venerunt & angustarūt super eū in Abel Beth'mahacha. Tadē angustarūt Sebā in ciuitate Abel sita in regiōe Beth'mahacha. & circūdederūt munitionibus ciuitatem. Luxta Hebraeum habetur. & evenerunt aggerem ciuitati. Habebat ciuitas aggerem ante murū ciuitatis in munimen & illum primo evenerūt viri Ioab. & obessa est vrbis. Luxta hebraeū habetur. & stetit in muro. Destructo aggeri ciuitas describitur stans in protectione solius muri. omnis autem turba qua etat cum Ioab moliebatur destruere murum. Luxta Hebraeum habetur. & omnis populus qui cum Ioab destruente ad faciendum cadere murum. Prosecutio ad destruendum murum cum conatu totius populi Ioab describitur.

Et clamauit mulier sapiens de ciuitate: audite audite, dicite quæso

SECUNDI REG.

quæso ad Ioab, appropinqua usque huc & loquar ad te. Appropinquauitq; ad eam, & dixit mulier an tu es Ioab? & dixit, sum: & dixit ei, audi verba ancille tue, et dixit, audio. Rursumque illa; sermo inquit dicebatur in veteri proverbio, qui interrogant interrogant in abuela & sic proficiebant. Luxta hebreum habetur. Dixitq; dicendo; loquendo loquentur in primis dicendo, interrogando interrogabunt in Abel & sic perfecerunt. Ex his patet vulgatam ædicionem recte reddere hebraicam veritatem. tanquam enim vetus proverbiū insinuatur cū dicitur loquendo loquentur pri- mū(hoc est ab antiquo, vel potius in primis ante omnia) per- seueratia enim significat per futurū loquētur) dicēdo hoc vi- delicet interrogando interrogabunt in Abel(quod sonat qui interrogant interrogant in Abel tanquam in ciuitate consi- liorum) & sic hoc est consilio habitu à sapientibus Abel, per- ficerunt opus commendat enim ciuitatem suam à sapientia. Nonne ego sum quæ respondeo veritatem in Israel? Luxta hebreum habetur. Ego pacificatum & fidelium Israel, subaudi vna sum, Post commendatam ciuitatem à sapientia affert rationem à pace & fide cum Israele: ut hinc ostendat iniuste vexari ciui- tam pacificam & fidelem, in persona enim ciuitatis loqui- tur. & tu quæris subvertere ciuitatem & exsisterem matrem in Israel. Parui refert quod hebraicè habetur. tu quærens ad faciendum mori ciuitatem & matrem in Israel. Dixit ciuitatem pacificam & fidelē, dixit matrē propter sapiētiā consiliī. quare precipitas hereditatem domini. Luxta hebreum habetur. quare destrues hereditatem Iehonah? quælibet enim ciuitas Israel erat portio hereditatis summi dei pro quanto hereditario iure data erat à Deo populo Israel. Responditque Ioab & dixit: absit alij sit mihi, non præcipito neque demolior. Legendum esset. si destruam & si faciam destruere? ad significandum negatiuum. Non sic ha- bet res: quia vir de monte Ephraim (Sebah filius Bich'ri nomen eius) levauit manum suam contra regem David, tradite illum so- lum & recedam à ciuitate. Iste Seba de tribu erat Beniamin (vt in principio huius capituli scriptum est) sed quia habitabat in mōte Ephraim ibi forte etiam natus ideo dicitur de mon- te Ephraim, dixitque mulier ad Ioab, ecce caput eius proiicietur ad te per murum. Ingressa est ergo ad omnem populum & locuta est eis sapiēter. Parui refert quod hebraicè habetur. Et venit mulier ad omnem populum in sapientia sua, & absiderunt caput Sebah filii Bich'ri & proiecerunt ad Ioab. Ad consilium ciuitatis ingressa intelligitur

CAPUT XXI.

199

intelligitur mulier vtens sapientia sua ad persuadendum con- cilio repræsentanti vniuersum populum vt decollaretur Se- ba, tum propter iustitiam requisitam à rege tum propter pa- cem ciuitatis. & clanxit buccina & recesserunt ab urbe unusquisque in tentoria sua: Ioab autem reversus est Ierusalaim ad regem:

Et Ioab fuit super totum exercitum Israel: Ben'ia vero filius Ieho'jahad super Cheretheos & Peletheos. Adoram autem su- per tributum: et Iehosaphat filius Achilud à cōmentariis. Se'ia vero scriba: & Zadoc ac Eb'iathar sacerdotes. Quanuis. 8. ca. fuerit scripta: distributio horū officiorū repetitur tamē hic tanquā denuo Daud fatus fuerit ex. Et specialiter fit mentio de officio Ioab, ad manifestandum quod non obstante translatio- ne officii in Hamasam & criminē Ioab interficiēdo eundem p̄fectorus est iterum in principē totius exercitus. reliqua in- tellige ut supra. Et etiam Hirai'iris erat sacerdos Dauidi. Huius mentio facta non fuerat in dicto ca. veruntamen sa- cerdotis nomen non est hic nomen ordinis, sed dignitatis. e- rat enim quo ad dignitatem tanquā pontifex corā Dauide.

CAP. XXI.

Vit autem famæ in diebus Dauid tribus annis iugiter & consuluit Dauid oraculum domini. Sæpe dictū est ignotum nobis esse modum quo huiusmodi in- terrogationes & responsiones diuinæ siebant. & dixit dominus propter Saul et propter domum eius sanguinum. Su- perfluiteius. Tria dicuntur. primum propter Saul. Et ad hu- ius declarationem subiungitur & domum sanguinum: vt in- telligeretur peccatum Saulis nō quodcunque, sed pro qua- to fuerat effusor sanguinis. Et ad minifestandū de quo san- guine est sermo adiungitur tertio. eo quod occidit Ghibbonitas.

Vocavitque rex Ghibbonitas & dixit eis: Ghibbonita autē nō erat de filiis Israel sed de residuis Emoreorum & filii Israel iurauen- rant eis. Historia hæc scripta est diffuse in libro losux. ca. 9, & voluit Saul. Luxta hebreum habetur. & quæsivit Saul percu- tere eos. Nec est dubium de effectu subsecuto vt testatur supra- scripta respōsio diuina: sed quia nō omnes occidit ideo dicit quod quæsivit ad percutiēdū eos. vt enim subiuncta testantur dispergi sunt propter persecutionē Saulis multi qui euaserūt. Zelo quæst pro filiis Israel & Iuda. Parui refert quod hebraicè habet. in zelare eius filii Israel & Iehude. Zelus iste ratione ci- uitatum

uitatum & agrorum Ghabaonitarum intelligitur. tanquam filii Israel tempore Iosuæ portio illa terræ fuerit male detracta: vtpote pars terræ promissionis debita filii Israel. Ad subtrahendum itaque à Ghabaonitis terram quam possidebant quæsiuit Saul percutere eos. Dixitque David ad Ghibbonitas: quid faciam vobis, et quod erit vestri piaculum. Parui refert quod hebraicæ habetur. & in quo expiabo. subauditur iniuriā vobis factam. et benedicatis hereditati domini: hoc est materiam maledictionis diuinæ per famem trium annorū perseverantis subtrahendo benedicatis occasionaliter. Et dixerunt ei Ghibbonites: non est nobis quaestio de auro et argento cū Saul & cum filiis eius. Forte argētum & aurū obtulerat David eis pro satisfactiōne. neq; volumus ut interficiatur homo in Israel. Quia zelo Israelitarum Saul persecutus fuerat eos & multos eorum occiderat, ideo excludunt à vindicta omnes Israelitas excepta domo Saulis qui caput fuerat. & dixit quid ergo vultis ut faciam vobis? Iuxta hebreum habetur. quod vos dicentes faciam vobis. Clare promittit facturum se quod petunt. Qui dixerunt regi: vī tu qui attriuit nos et oppresisti inique ita delere debemus ut nec unus quidem residuus sit de stirpe eius in cunctis finibus Israel. Hebraica litera lōge aliter sonat. vir qui destruxit nos & qui cogitauit nobis, fūimus destructi a stadio in omni termino Israelis: dabitus nobis. Et statim appositie subiungitur. septem viri ex filiis eius. De Saule narrantur duo & perit tertium. narratur primū quod destruxit occidendo Ghabaonitas: deinde quod cogitauit (quod machinatus est) aduersus eos vsqueadeo ut destituti non solū à propriæ terræ terminis, sed etiā ab habitatione in omni termino Israelis fuerint. petitur autē tertio ut Saul detur eis non in seipso, sed in septem viris ex filiis eius. ut crucifigamus eos. Iuxta hebreum habetur. & facient affigere eos. nichilque dicitur de cruce in specie. domino. hoc est ad gloriam iustitiae diuinæ. in Gibba Saul electi domini. in colle cognominate ab ipso Saule ad maiorem vindictam.

Et ait rex ego dabo: pepercitque rex Mephiboseth filio Iehonathan filii Saul propter insurandum domini quod fuit inter David & Iehonathan filii Saul. Taliisque rex duos filios Rixpa filia A'ie quos peperit Sauli Armonæum & Mephibosetum: & quinque filios Michal filia Saulis. Corrupta iudicio meo fuit vitio scriptorū hebraica litera: & est scriptum Michal pro Merab sorore eius maiore quæ fuit vxor istius Hadrielis: ut patet. i. reg. 18.

Si enim dicerentur dunataxat filii Michal, intelligi possent filii per adoptionem: sed quia adiungitur. quos genuit Had'rieli filio Barzillai Mecholathci. verificari non potest litera de Michal. nam generare actio est natularis, non conueniens nisi matre naturali: & ppter ea nō nisi de Merab verificatur quos genuit Had'rieli. vitio itaque scriptorum error nominis est. Et tu prudēs lector hoc annotabis: ne fallaris, sicut ego quoque falsus fui super psalmū ad dominum cum tribularer, citando hunc textum ut iacet. Et dedit eos in manum Ghibbonitarum. Aduerte quod iuramentum præstitum Sauli in primo libro cap. 24. à Dauidne est violatum tradendo istos occidendos: eo quod propter mortem istorum nec domus nec nomē Saulis delebatur: nā seruata stirpe Ionathæ seruabatur & domus & nomen Saulis. qui crucifixerunt eos. Iuxta hebreum habetur. & affixerunt eos in monte. Idem est mons qui paulo ante nominatus est collis. corā domino. hoc est ad executionem diuinæ iustitiae. Et hinc soluitur quaestio quare Dauid fecerit contra legem. Mosis non occidentur filii pro patribus Deute. 24. Soluitur enim quod tanquam diuinæ iustitiae executor Dauid hoc fecit. deo enim scriptum est visitans iniquitatem patrū in filios & in tertios & in quartos. & ceciderunt septē hi simul: & occisi fuerunt in primis diebus messis principio mesis hordeaceæ.

Tollens autem Rixpa filia A'ie cilicum substrinxit sibi super petram. Legendum esset. Et tulit Rixpa filia A'ie saccum & extedidit eum sibi in rupe. Maternus amor describitur tantus ut quæ fuerat vxor regis in rupe habitauerit (extensa rudi tela desuper ex qua solent fieri sacci) ad curam habendum affixorum corporum ne à feris aut auibus morderentur. à principio messis donec stillaret aqua super eos de cælo. Et hoc quoque contra legem Mosis Deut. 21. factum fuit. precipit enim in lege quod affixus ligno eadē die sepeliatur: isti autem vsquequo plueret reliqui sunt in patibulis. Sed solutio similis est. nam diuina autoritate hoc factū est. ut vsq; ad pluviā (signū diuinæ clementiæ) manerent affixa cadavera ad expiadum pœnā penitrix annonæ quæ ex defecū pluviā fuerat triennio: ut hæc litera insinuat. & nō permisit aues cali requiescere super eos in dñe neq; bestias agri in nocte. Ne sis itarudis ut intelligentias mulierem nobilem solam mansisse ibi custodiāque hæc exercuisse: sed famulas & famulos secum habuisse.

Nunciatum est autem Dauidi quod fecit Rixpa filia Aie concubina Sauli. Ideo hoc scribitur ut intelligamus Dauidem motum ab exemplo pietatis istius mulieris. Et abiit Dauid et tulit ossa Sauli & ossa Iehonathā filii eius. Ecce fructus boni exempli: personaliter iuit rex ad tollendum ossa Saulis & Ionaithā motus exemplo mulieris. nō enim dicitur & misit Dauid sed dicitur & iuit Dauid. à vītu. Legendū esset. à primatibus Iabes Ghilbad. consensu siquidem primatum ciuitatis interueniens describitur eo quod chara illis erant ossa Saulis. qui fuerant ea de platea Bethsan in qua suspenderat eos Pelishim in die qua percusserunt Pelishim Saulem in Ghilboah. Quæstio oritur: quia in calce primi libri scriptum est quod iabitulerunt cadavera Saulis & filiorum de muro Bethsan: hic autem dicitur de platea Bethsan. Solutio est quod (ut hebraica sonat dictio) non significatur proprie platea ciuitatis. sed locus largus qui videlicet erat iuxta murum Bethsan. & propterea nulla relinquitur dissonantia inter scripta hic & ibi: sed ibi scribitur murus. hic vero amplitudo loci in quo erat murus. Et ascendere fecit inde ossa Sauli & ossa Iehonathan filii eius: & colligentes ossa eorum qui affixi fuerant. Legendū esset. & fuerunt congregata ossa affixorum. Hactenus opera Dauidis descripta est circa ossa Saulis & Ionaithā. & cōsequēter filiorum Saulis cum eo sepulchorum: modo describitur id quod mandato Dauidis factum est de ossibus illorum septem affixorum. Sepelierintque ossa Saulis & Iehonathan filii eius in terra Bin'iamin in latere. Iuxta hebræum habetur. in Zelab. & est nomen proprium loci. in sepulchro Cis patris eius: et fecerunt omnia que præcepérat rex & propitiatus est deus terra post hæc. Nomen est Elohim. & diuina gratia dans copiam annonæ significatur: quod secundum effectum apparuit post hæc humanitatis officia. visa est enim pluvia sufficiens ad culturam terræ.

Factum est autem russum bellum Pelishinorum contra Israel. Parui refert quod hebraicè scribitur. Et fuit adhuc bellum Pelishinorum cum Israel. Dicendo adhuc tempus sonat post placationem Ghabonitarum. descenditque Dauid & servi eius cū eo & pugnauerunt cum Pelishim. deficiente autem Dauid. iuxta hebræum habetur. & lassus est Dauid. fatigatus siquidem labore prælii describitur. Et lisbi'benob qui erat de genere Raphe. genus erat giganteum. et ferrum hastæ ei trecentas uncias. Legendum esset. trecos siclos eris appendebat. hanc enim pôderis speciem sonan-

sonat hebraicè & accinctus erat ense nono. Nō est in hebræo. ense. Nec desunt intelligētes ipsius nouiter accinctum. hoc est nouum militem fuisse: vt maioris audacitæ insinuetur. quam effectus subsecutus testatur: videlicet. n̄is est percutere Dauid. Legendum est. & dixit ad percutiendum Danidem. Ecce audaci proprio verbo manifestata quod volebat aggredi personam regis. Praesidiisque fuit ei Abisai filius Zeru'ie & percussum Pelishæum interfecit. Dauid adiutus ab Abisai. hebraicè enim legitur: & adiuvuit eum Abisai & percussit Pelishæum & occidit eum. Auxilium duntaxat collatum narratur ab Abisai. percussio autem & interfictio actiones Dauidis sunt: vt in calce huius capituli summatur. tunc iurauerunt viri Dauidis ei dicendo. non egredieris amplius nobiscum in prælium. Senex iam insinuatuerunt Dauid in solita laſſitudine attestante: & propterea cum persona sua periculo veniens ad prælium. & ideo rationabiliter coegerunt illum sui. vt non veniret amplius ad prælium. & non extingue lucernam Israel. Assimilatur Dauid luci Israëlis ratione sapientiae & regni splendens: ita vt omnis Israël sub regno eius tanquam sub luce esset qui in tot tenebris fuerant temporibus multis oppressi & ab exteris & à criminibus.

Secundum bellum quoque fuit. Parui refert quod hebraicè habetur. Et fuit post sic & fuit adhuc prælium in Gob cum Pelishinistis percussum Sibbechai Chusatheus Saph quierat de genere Raphe. Tertium quoque fuit bellum. Legendum est. Et fuit adhuc prælium in Gob cum Pelishinibus. Et postea subditur. in quo percussum Adeodatus filius salutis polymitarium Bethlehemites. Iuxta Hebræum habetur. & percussum Elchanan filius syluarum textorum Bethleemites Ghol'iath Ghittithum. & lignum lanceæ eius sicut licatoriū textorum. Ex quibus patet quod interpres nomina propria omisit. Et quā: in nō Bethleemites. sed Beth'halachmites scribatur Elchanan quo ad patriam. in idem tamen reddit sensus: quoniam dictio composita est ex domo & articulo & Lechem in casu genitivo. Quartum bellum fuit. Legendum est. Et fuit adhuc prælium in Ghath. vt in superioribus dictum est. fuitque ibi vir mensura qui senos in manibus pedibusque habebat digitos vigintiquatuor numero: & etiā erat de genere Raphe. Et blasphemauit Israel. Legendum est. Et vituperauit Israëlem. probris enim etiam impetravit Israëlem. & percussum cum Iehonathan filius Simhai fratri Dauidis. Quatuor hi nati sunt Ra-

SECUNDI REG.

phæ in Ghaib: & ceciderunt in manu David & seruorum eius. Sup-
putatur David primus inter interfectores horum gigantum,
tum propter primum quem nisi laisitudo impedit fieri, occidis-
set sine adiutorio Abi' ai: tum quia ipse instructor fuit seruo-
rum suorum qui occiderunt alios.

CAPUT XXII.

Oculus est autem David Domino verba Cantici
huius, in die qua liberavit eum Dominus de ma-
ni emnium inimicorum eius & de manu Saul. Et
dixit dominus petra mea & arx mea & saluator
meus mihi. Deus fortitudo mea, sperabo in eo: scu-
lum meum & cornu salutis meæ, elevator meus
& refugium meum. Saluator meus, ab iniquitate liberabis me. Lau-
dabilem innocabo dominum: & ab inimicis meis saluus ero. Quia cir-
cundederunt me contritiones mortis: & torrentes malignitatis terrue-
runt me. Dolores inferi circundederunt me: preuenierunt me laquei mor-
tis. In tribulacione mea invocabo dominum & ad Deum meum clamabo:
& exaudient de templo suo vocem meam, & clamor meus in auribus eius.
Comotaque est & contremuit terra, fundamenta calorum conremuer-
unt & comota sunt: quoniam ira tua est ei. Ascendit sumus in furore
eius, & ignis de ore eius devorabit: carbones succensi sunt ab eo. In-
clinauitq; celos & descendit: & caligo sub pedibus eius. Et equita-
uit super Cherub & volavit: & apparuit super pennas spiritus. Et
posuit tenebras in circuitu suo tabernacula colligantia aquarum nu-
bes calorum per fulgore in conspectu eius successi sunt carbones ignis.
Tonuit de celis dominus: & excelsus dabit vocem suam. Et misit sa-
gittas, & dispersit eos fulgor, & consumpsit eos. Et apparuerunt ef-
fusione maris & reuelata sunt fundamenta orbis ab increpatione
domini, ab inspiratione spiritus furoris eius. Mittere de excelso, & aca-
cipiet me, extrahet me de aqua multis. Liberabit me ab inimico meo
forti ab oponentibus me, quia robustiores me sunt. Preuenient me in
die afflictionis meæ: & fuit dominus sustentaculum meum. Et edu-
xit me in latitudinem: & liberabit me quia complacuit in me. Re-
tribuet mihi dominus secundum iustitiam meam, secundum mun-
diciam manu[m] mearum redder mihi. Quia custodiu[m] vias domini: &
nos malignatus sum a Deo meo. Quia omnia iudicia eius in conspec-
ctu meo, & statuta eius non amoueb[us] a me. Et fui perfectus coram
eo: & custodiui me ab iniquitate mea. Et restituit dominus mihi se-
cundum iustitiam meam: secundum mundiciam meam in conspec-
ctu eius. Cum gratiose gratiosum ages: cum viro perfecto perfectum
ages.

CAP. XXIII.

202

ages. Cum mundo mundum ages: & cum toruoso tortuosum ages. Et
populum pauperem saluum facies: oculi tui super excelsos, humiliabis
eos. Quiatu lucerna mea domine: & dominus illuminabit obscuri-
tatem meam. In te enim curram accinctus: in deo meo transiliā mu-
rum. Deus perfecta via eius: eloquium domini purificatum, scu-
lum est omnibus sperantibus in eo. Quoniam quis est deus praeter do-
minum? & quis fortis praeter deum nostrum? Deus qui accingit me
fortitudine, & complanans perfectam viam meam. Coequans spe-
des meos sicut cernarum, & super excelsa mea statuet me. Docet ma-
nus mea ad praelium: & cōponens quasi arcum arcum brachia mea.
Et dedidisti mihi scutum salutis tuæ: & in mansuetudine tua mulci-
plicabis me: Dilatabis gressus meos subitus me: & non deficient ta-
li mei. Persequar inimicos meos & disperdam eos: & non rever-
tere donec consumam eos. Et consumam eos & confringam eos, & non
surgent, & cadent sub pedibus meis. Et accinxisti me fortitudine ad
praelium: incurvabis resistentes mihi subitus me. Et inimicos meos
dedidisti mihi cernicem: odientes me & excidame eos. Aspicient &
non erit saluator: ad dominum & non respondit eis. Delebo eos ut
puluerem terre: quasi lutum platearum communiam eos, distendam
eos. Et salvasi me à litibus populorum: custodies me in caput gen-
tium, populus quem non noui seruierit mihi. Filii alieni mentientur
mihi: ad auditum auris obedient mihi. Filii alieni arescent, & con-
tremiscunt à clausulis suis. Vix dominus & benedictus fortis meus:
& exaltetur deus fortis salutis meæ. Deus dans vindictas mihi:
& deducens populos sub me. Et educens me ab inimicis meis: &
à resistentibus mihi elevabis me, à viro iniquo liberabis me. Pro-
pterea constitbor tibi domine in gentibus, & nomini tuo cantabo.
Magnificans salutes regis sui, & faciens gratiam christi suo Davi-
di & semini eius usque in seculum. Quia psalmum istum dif-
fuse exposimus in commentariis psalmorum, ideo capitulū hoc pertransibimus.

CAP. XXIII.

Accente sunt verba non iusta que dixit. Iuxta
Hebraum habetur. Et hac verba Davidu no-
nijusta. hic enim debet fieri punctus: deinde
ipsa Davidis verba prophetica (per modum
hymni forte dicta quemadmodum dicta in
aliis psalmis) subiunguntur. & minor quod
inter psalmos Davidis non inueniat psalmus iste. Subiungitur
Cc ij itaque

itaque in hebreo immediate sic, dictū Dauidis filii Iisai & dictum viri fuit eleuatus supra vniuersus Elohe Iahacob & dulcis cantibus Istraelis. Vide quantum distat vulgata xeditio à veritate hebraica: nam vulgata xeditio habet, dixit vir cui constitutum est de christo Dei Iahacob egregius psalterus Israel. Ipse enim Dauid tanquam titulum authoris describit à quatuor: videlicet à naturali stirpe dicendo filii Iisai: ab electione diuina ex pascuis ouiu ad excelsum gradū super Israel: ab vocatione diuina in regē mandata à Deo gubernatore Jacob: & demū à dulcedine psalmorum eius apud populum Israel. Meminit autem specialiter dei Iacob quo ad sui vocationem in regē ad insinuādū quod ipse est initium sceptri prophetati à Iacob in tribu Iuda. Cum vero dicitur & dictum, viri fuit eleuatus subauditum relativum qui, est enim sensus & dictum viri qui fuit eleuatus. Et nomen viri non est nomen sexus virilis pueri, sed viri egregii, fuit enim Dauid vir eximius à sua pueritia: nam & pascens gregem interfecit virum & leonem & adhuc adolescentes occidit Gol'ath gigantem.

Spiritus domini locutus est perme. Legēdū est. in me. Descripto homine authore dictorum, describitur principalis author eorundem summus deus per spiritum sanctum suum loquens in ipso homine Dauide: ut subiuncta dicta intelligamus dicta quidē esse hominis, sed inspiratione diuina dicta. Quē admodum ergo in apostolis spiritus sanctus in diē pentecostes datus locutus est, ita & in Dauide, propter quod Petrus apostolus postea scripsit quod spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. & sermo eius per linguam meam. Legendum esset. & verbum eius super linguam meam. Non solum interna locutio spiritus sancti in eo describitur, sed etiam quod illa interna locutio prodiit extra in exteriori sermone. Dicit deus Israel. Hebraicō habetur. Dicit Elohe Israel. Postquam descripsit modum quo summus deus fuit author dictorum quae subiunguntur (videlicet per internam inspirationem prodeuntem in exteriorem sermonem) describit ipsum summum Deum quem nomine naturæ nominauerat Iehouah, describit inquam à quatuor officiis, quorum primum est Elohe Israelis: hoc est iudex & gubernator Israelis qui à populo Israel colitur ut iudex & gubernator peculiaris eorum. Et in hoc tangit primum ac summum beneficium collatum populo Israel: videlicet quod ipse summus deus

contulit

contulit illis ut agnoscerent & colerent eum iudicem & gubernatorem suum. mihi locutus est fortis Israel. Secundum summum Dei officium erga Istrael tangitur in vsu fortitudinis ad pugnandum pro Istraele. Et in hoc tanguntur vniuersa beneficia praestita populo, liberando eum ab innumeris periculis, oppressionibus, bellis &c. dominator in homine iustus. Tertium officium relatiue ad vniuersum genus humanū describitur dominari in iustitia. Et tria pars (videlicet dominii & iustitiae) verificatur cōmuniter in diuino regimine respectu generis humani; nam & suapte natura dominus hominū est & ius suum vniuersique tribuit. dominator in timore Dei. Iuxta Heb̄ habetur, dominator timore Elohim. in casu genitio. Quartum officium relatiue ad credentes in Deum gubernatorem ac iudicem singulorum, describitur dominari timore Dei gubernantis ac iudicis. Vide disparitatem, dominari iustitia officium scribitur diuinum relatiue ad vniuersum humanum genus: dominari autem timore Elohim (hoc est Dei iudicis) specialiter conuenit deo relatiue ad credentes ipsum habere curam singulorum hominum vt pote singulorum iudicem. Et hæc duo communia sunt tam Israelitis quam non Israelitis. Et descripsit David propheta Deum loquentem in eo & per eum dicta quæ subiunguntur ab istis quatuor officiis ad insinuandum quod subiuncta dicta concernunt vniuersum genus humanum: & specialiter timet Deum & in primis populum Israel. de Mesia siquidē de domo Davidis egressuro primum ad filios Israel, & postea ad omnes homines (quāvis non omnibus profuturus sit) tractant subiuncta.

Sicut lux auro & oriente sole mane absque nubibus rutilat: & scut pluviis germinat herba de terra. iuxta hebraum habetur. Et sicut lucem matutinam illustrabit sol: mane non nubes ab illustratione à pluvia herba ē terra. Ecce dictū Dauidis inspirati à summo deo, assumptum enim similitudo à die cuius matutina lux illustratur à sole sic quod mane absque nubibus serenum est: sequente autē diei parte sunt illustratio solis & pluvia à quibus duabus causis germinat herba ē terra. hæc est similitudo iuxta hebraicam veritatē. Nec tanta est domus mea apud Deum. Longe aliter iuxta hebraum habetur. Quia non sic domus mea cū el. Ecce ad quid assumpta est dicta similitudo diei mane sereni & postea cum luce & pluvia ad hoc ut terra germet herbam, allata siquidem manifeste monstratur non ad similitudinem;

Cc iij litudinem;

litudinē, sed ad dissimilitudinē domus sua cū deo declarādā: clare enī dicit q̄ nō sic domus mea cū El: hoc est dom⁹ mea non erit sic cū deo, quemadmodū dies dictus est cū sole efficiēte diei mane lucidum & serenum, sequentem autem diei partem pluviōsam vt germinet terra herbam. Et intendit quod domus sua erit cū deo tanquam cum sole reddente totum diem lucidum & serenum, intendit enim ad literā quod deus non tractabit domum suam sic quod in principio illustrat ac serenam eam reddat, postea vero non cuget amplius de ea, sed operam dabit vt terra germinet herbam: hoc est vt aliae germinent ē terra domus regat &c. Et hunc esse literalem sensum testantur subiuncta immediate: vt pactum eternum intret meū firmum in omnibus atque munītum. Iuxta Hebræum habetur. quia pactum sempiternum posuit mihi ordinatum in omnibus & custodium. Directe rationē reddit dissimilitudinē ex sempiternitate fœderis dispositi & custoditi in omnibus. Nota verba: ad dissimilitudinem solis nominavit Deum El(hoc est fortē) ad excludendam omnem imbecillitatem ab efficacia diuina: quæ quasi imbecillitas appetat in illustratione solis dum vincit videtur à nubibus. Et modo adiungit fœdus sempiternum: vt tanquam ex pacto obligauerit se deus omnium princeps, pacto autem non ad tempus, sed sempiterno. & hoc ad excludendum successionem pluviæ serenitati mane. Apponit quoque & ordinem & custodiam in omnibus, ad excludendos evenitus impeditiūs executionis huius diuini fœderis: vt hinc clare intelligamus quod de Mesiā ex domo Dauidis nulla ratione impediendo est sermo, nam à regno temporalī impeditam fuisse domum Dauidis, manifeste patet occiso Se-dechia ultimo rege Iuda: sed sempiternum fœdus in omnibus ordinatum ac custoditum positum à Deo Dauidi vt Mesiā ē domo eius naſceretur, nullum passum est impedimentum, nulla mutatione interceptū est. Vnde & aptissime subiungitur, cuncta enim salus mea. Iuxta Hebræum habetur. quia omnis salus mea. Nisi de Mesiā esset sermo, falsa esset redditio causæ, quia omnis salus mea, perseverantibus enim regibus in ierusalem ex domo Dauid, non omnis salus erat domus Dauidis: sed per Mesiām omnis salus totius humani generis effecta est domus Dauidis. Ex hoc itaque quod promissa fuerat domui Dauidis omnis salus, manifestatur quod

de

de Mesiā saluatore omnium ex domo Dauidis est sermo. & omnis voluntas, nec est quicquid ex eo quod non germinet, iuxta hebræū habetur. & omnis voluntas quia nō germinabit. Et est ordo literæ, & quia nō germinabit omnis voluntas. Directe respicit ad dissimilitudinem illius particulae dictæ in similitudine præassumpta: videlicet herba ē terrena, non sic inquit erit domus mea, quia non omnis voluntas germinabit: hoc est quia deus non relinquet vt quæcunque voluntas quācumque impia germinet ad impediendum promissionē mihi factam: vel germinet ad transferendum promissionem mihi factā in alteram domum, quemadmodum sol transfert diem de serenitate in pluviā ad aliud spectēdo: videlicet ad hoc vt ē terra germinet herba. Prevaricatores autem quasi spinae cuellentur vniuersi. Parui refutat quod Hebraicē habetur. Et Belis iahal scit spina cōmota omnes ipsi. Declarauit propheta prius domum suam ex dissimilitudine ad diem mane serenū & postea pluviōsum: assumit modo alteram similitudinem ad declarandum qualiter erunt iniqui absque iugo diuinæ legis relative ad domum Dauidis: hoc est Mesiām naſciturū ex domo Dauidis. Assumit autem parabolam spinarum quæ continuēt dum tolluntur ex loco in quo sunt genitæ. & dicit viros absq; iugo diuinæ legis viuentes fore similes huiusmodi spinis: tum quo ad vitationem contactus humani, subiungendo. quæ non tollentur manibus. Hebraicē tamen habetur. quia non tollentur manibus. Et in hoc significatur quod non lēdetur ab iniquis domus Dauidis, hoc est electorum Mesiā, tum quo ad modum quo tollentur in tripliē gradu: videlicet vel ligno lancez, vel ferrea incisione, vel cōbustione in proprio loco, subiungendo. Et vir tangent eam, incides ferro & ligno lāceas, & in igne ardendo cōburentur in habitaculo. Quāquis hoc tertium sonet potius quod spinæ incisa ferro & ligno deserūtur dominum & ardendo comburuntur. quo quis autem modo intelligas, viri Belial exterminādi à domo Dauidis per Mesiām significantur: & sic finiunt prophetia Dauidis.

Hec sunt nomina fortium. Catalogus virorum excellētiū in fortitudine apud Dauidem subiungitur per nomina. David sedens in cathedra sapientissimus. Iuxta Hebræum aliter continuatur litera. qui Dauidi, deinde immediate subditur alia clausula. sedens in sede sapientificans me. Hęc sunt inquit nomina fortium qui affuerunt Dauidi, subiuncta vero

Cc iiiij clausula

Clausula ex 1. Parali. cap. 11. anceps redditur an dictio interpretata sedens in sede, sit nomen proprium primi viri in catalogo fortium; eo q̄ dictio ibidē posita tāquā propriū nomē istius primi interpretat̄, sed in populo. & similiter dictio interpretata sapientificans me, ibi interpretatur filius sapientificatus me. princeps inter tres ipse est quasi tenerimus ligni vermiculus, luxa Hebraeum habetur. caput tertii ipse Hadino Heznita. ex hoc quod nomen proprium viri est Hadino, & nomen patrium est Heznita, manifeste habetur quod non refertur ad Daudem sententia ista: sed quod catalogus fortium Davidis ab isto incipit, & caput tertij (hoc est prime trinitatis fortium) scribitur Hadino Heznita. Et scito quod ideo dicitur tertii, sine aliqua additione, quia ista trinitas est illa que saepe inferius repetitur laudādo multos alios cum limitatione quod ad tres non peruenit. tres enim isti primo nominati constituant illā trinitatem cuius caput nominatur Hadino Heznita: qui aut binomius fuit, aut laudatur valde de sapientia. De quo subiungitur, qui octingentos interfecit impetus uno. Juxta Hebreum habetur. supra octingentos interfecitos vice una. Quādo, qualiter, aut vbi hoc gestū fuerit scriptura nō dicit.

Et post eum Elazar filius patrū eius Ahoites. Legendum est. filius Dodo filij Achochi, describitur enim Eleazar secundus non minando patrem & auum. inter tres fortēs. hoc est inter primos tres fortēs. cum Dauid quando exprobauerunt Philistim. Iuxta Hebreum habetur. aggredientibus eis Philistinōs congregatos illic ad prālium, & ascenderunt viri Israēl. Tempus describitur gestorum ab isto quando ipsi qui erant cum Dauide aggressi sunt Philistinōs qui erant congregati ibi ad bellum. Ipse surrexit & percussū Philistinōs donec deficeret manus eius & obriegesseret cum gladio. Parui refert quod Hebraice habetur. usquequo lassata est manus eius & agglutinata est manus eius ad gladium. concurrentibus multitudine cruoris & lassitudine manus tanquam semiuiuē. Fecitque dominus salutem magnam in die illa: & populus qui fugerat reuersus est ad castrorum spolia destrahenda. interpres addidit qui fugerat ad maiorem claritatem. Hebraice enim habetur. & populus reuertendo post eum tantum ad spoliandum. Ex eo quod dicit reuertendo, insinuat priorem fugam: ex eo vero quod dicit tātum ad spoliādum, significat quod non ad prāliandū, sed duntaxat ad prādam reuersus est sequendo Eleazarum.

Et post

Et post hanc Samma filius Age Ararites. Tertius nominatur prime trinitatis. & congregati sunt Pelishim in statione. Legendum est. in villa. vel quod potius crediderim legendum est. in Chāiam. quod est nomen propriū loci in quo singularia gesta istius tertij cōmendātur. erātq; ibi pars agri plena lētibus, & populus fugerat à facie Pelishim. Stetitq; in medio pars & liberavit eū, & percussit Pelishinos: & fecit dominus salutem magnā.

Necnon & ante descendērat tres qui erant principes inter triginta. Iuxta Heb. habetur. Et descendērūt tres ex triginta capite. Numeratis nominibus prime trinitatis fortium, progradientur author ad nomināndū triginta fortēs: ita tamen ut tres ex eis eminentius commendet. Vbi aduertere quod isti tres manifeste describūtur alij à prima trinitate, dicendo & descendērunt tres, ex triginta. ad differentiam siquidem antenominatorum qui non sunt ex triginta, dicitur & descendērūt tres ex triginta. Com autem audis triginta, ne intelligas triginta præcīsæ: vt cōvincitor ex eo quod subiungendo nomina triginta ab Hāsael usque ad finem, unus supra triginta nominatur. Uniuersitas enim horum fortium post primam trinitatem appellatur triginta ab integritate trium decadum: cum tamen in veritate triginta quatuor viri fortēs appellatione triginta intelligantur. & ad hoc forte designandum Hebraice scribitur in numero plurali triginta, in singulari vero caput, dicendo & descendērunt tres ex triginta capite: perinde ac dictum fuerit & descendērunt tres ex capite nuncupato triginta. Deinde immediate sequitur. & venerunt in Messe ad Dauid ad speluncam Hadullam. Qui sint autem isti tres, in litera non manifestatur integre: duo siquidem eorum nominantur cum præclaris gestis, tertius autem silevit. & castra Pelishim castramata erāt in valle Gigantum. Hebraice scribitur. in valle Rēphaim. & est nomen proprium loci. Dāuidque tunc erat in praesidio, hoc est in loco tuto tanquā in arce. & statio Philishinorum. Legendū est. & prefectus Pelishinorum tūc erat in Beth' lechem: describuntur enim loca tū castrorum Pelishinorum, tum castrū Dauidis, tum prefecti Pelishinorum. Desiderauit autem Dauid. & dixit: quis propinabit mihi aquā de putoe Beth' lechem qui est in portā? Alij de lacu, alijs de cisterne legunt &c. Irruperātq; tres fortēs in castra Pelishinorum, & haucrunt aquā de putoe Beth' lechem qui est in portā, & portauerunt & attulerūt ad Dauid. Nec castra quæ erant in valle nec prefectum

SECUNDI REGI

præfectum qui erat in Bethlehēveriti, iuerunt hi tres & hau-
serunt inde aquam. & ille noluit bibere eam, & libauit eam do-
mino. Et dixit, abſit mihi domine ut faciam hoc sanguini hominum
euntium contra animā suam: & noluit bibere eam. Hinc apparet
quod non eo animo dixerat cupere se aquam illam ut irent
aliqui pro illa, sed ad manifestandum (ut accidere solet) ap-
petitum suum inter calores tempore messis: sed illi iuuenes
cupientes satisfacere appetitum regis, iuerunt ex seipsis. haec
fecerunt tres robustissimi. Legendum est. tres fortes. quorum no-
mina adhuc non manifestauerat: & propterea incipit nomi-
nare eos, ab Abisai subiungendo.

Et Abisai frater Ioab filius Zeru'ie ipse caput trium. Hinc ma-
nifeste patet alteram esse hanc trinitatem ab illa cuius caput
erat Hadino Heznites. & ipse leuauit lanceam suam super tre-
centos quos interfecit. Hebraice habetur, interfectos, sed sensus
in idem reddit. & ei erat nomen inter tres. Tribus nobilior. Legen-
dum est. honorator. sic enim sonat Hebraica dictio. & fuit ei
in principem: sed usque ad tres primos non peruenit. Superfluit pri-
mos. vt enim dictum est, scriptura appellat illos primæ tri-
nitatis fortes, tres absolute: istos autem tres, tres ex triginta.

Et Ben' iahu filius Ieho' iadah filii viri fortitudinis. A patre &
auro describitur iste secundus inter tres ex triginta. magnorum
operum. Iuxta Hebraeum habetur magnus (seu magni) operi-
bus de Cabzeel. Ambiguum est virum referatur haec magnitu-
do operum ad auum an ad ipsum Banaiam: & propterea sub-
disiunctione diximus magnus vel magni. ipse percusit duos leo-
nes Moab. hoc est fortes ut leones. & ipse descendit & percusit
leonem in medio putei in die niūi. Magni animi magnæ: for-
titudinis fuit congregari cum leone in arcto loco. Ipse quoque
percusit virum AEgyptum, virum aspectu habetem in manu lan-
ceam: & descendit ad eum cum virga, extorxitq; lanceam de manu
AEgypti, & occidit eum lancea eius. Haec fecit Ben' iahu filius Ie-
ho' iadah: & ei erat nomen inter tres fortes. Hinc apparet quod
Banias erat unus istius secundæ trinitatis. Vnde & subdi-
tur. Qui erant inter triginta nobiliores. Iuxta Hebraeum habetur.
Triginta honorator, illi enim tres erant primi inter triginta: &
& propterea quilibet eorum dicitur honorator triginta. Et
nihilominus secundum veritatē numeri quilibet eorum pre-
ferebatur etiam vni supra triginta. veruntamen usque ad tres
non peruenit. De tribus primæ trinitatis est sermo. fecitq; enī
sibi

CAPUT XXIIII.

206

sibi auricularium à secreto David. Iuxta Hebreum habetur,
posuitq; cum David ad auditionem suam. Et hoc est signum quod
non viribus duntaxat, sed prudentia pollebat iste.

Hassel frater Ioab inter triginta. Incipit catalogus triginta
fortium absque manifestatione gentium. & hinc habes
quod secundæ trinitatis tertius, nominatus non est in hac li-
tera. Elchanan filius parvus eius. Legendum est. Elchanan fi-
lius Dodo de Beth' lechem, quis sic habetur hebraicè. Samma
Charodites, Elica Charodites, Chelem Paltites, Hir'a filius Hic-
ces Thecohites. Abihexer Hannebohites, Mebunai Chusathites,
Zalmon Achochites, Mahatai Netophathites. Cheleb filius Ba-
bane Netophathites: Itthai filius Ribai de Ghibba filiorum Bin' ia-
min. Ben' iahu Pir' hathonites, Hiddai de torrentibus Ga-
bas. Abi' halbon Halbathites, Hazmauth Barchumites. El' ia-
chba Sahalbonites, filii Iasen Ionathan & Aran. Iuxta he-
braeum habetur, filii Iasen Ichonathan, nec alter subiungitur.
Ita quod dicitur filii in numero plurali, & tamen unus dun-
taxat filius nominatur. simile quid habes in genesi cap. 46.
cum dicitur & filii Dan Chusim. Samma Hararites, Achi' am
filius Sarar Ararites. Elipheleth filius Achasbai filii Mahacha-
thi: Eli' ham filius Achithophel Ghilonites. Chezrai Charmelites,
Paharai Arbites. Uigeal filius Nathan de Zoba, Bani Gadites. Ze-
lee Hammonites: Nachari Beerothites, armiger Ioab filii Zeru' ie.
Hir'a I' therites, Ghareb I' therites. Vri'ias Chittites: omnes tri-
ginta & septem. Questio oritur quia non sunt nominati nisi
triginta sex. Solutio est quod si suppeditetur David præ-
ceptor omnium, nominati sunt triginta septem. Si autem Da-
vid non censetur connumerandus (eo quod præmititur, haec
sunt nomina fortium qui Davidi) dicendum est quod scri-
ptura non dicit omnes nominatis, sed dicit omnes (proculdu-
bio fortes Davidis) triginta & septem. Et verificatur de nume-
ratis: quorum unus non est nominatus, tertius videlicet secun-
dæ trinitatis. numeratis siquidem sunt in primis tres primæ tri-
nitatis, deinde tres secundæ, & demum triginta & unus.

CAPUT XXIIII.

ET addidit furor domini irasceri contra Israel. quan-
uis in deo nec furor nec ira locum habeat: sed ad
instar furoris iustitia eius vindicativa describitur
propter similitudinem efficiet, tāquā more huma-
no tam vehementē vindictā deus efficerit. Et quoniā adver-
su

fus populum Israel furor iste describitur, manifeste insinuat peccatum aliquod populi puniendum à Deo. Deus enim non prius est vltor quām homo peccet. Quale autem fuerit huiusmodi peccatum, diuinare potius quām scire possumus, eo quōd scriptura nō tradit: sat sit nobis nosse quōd propter peccatum populi fuit iste furor. Coniicimus tamen quōd propter peccatum populi commissum scindendo regnū redeunte Davide (quando Seba filius Bich'ri cecinit baccina) ex verbis duris filiorum Iudæ, punitio hæc fuerit. nulla enim alia pena populi pro hoc peccato legitur. commouitque David in eis dicentem ad Ioab. Manca est litera: legendum est. & commouit Davidem in eos dicendo, vade numera Israel & Ichudam. Ita iacet in Hebreo. ipse siquidem furor Dei mouens Davidem aduersus Israelem scribitur: mouens autem dicendo interna incitatione ipsi Davidi, vade numera Israel & Iudam. Et dicit vade, non corporali gressu, sed egressione animi ad gloriam. Nec mireris quōd diuina iustitia incitauerit Davidem ad hoc malum: tripliciter enim verificatur. primū permisive quatenus hoc erat peccatum: quia Deus non incitat ad peccandum, sed permittit hominem peccare. Secundo quo ad substantiam actionis. Deus enim est author ipsarum actionum tam internarum quām externarum quæ sunt peccata: & quo ad hoc positivè incitat Deus ad actiones quæ sunt peccata. Tertio (& est directe ad propositum) diuina iustitia cōmovit Davidem ad numerandum populum quatenus numeratio ista erat in ptenam ipsius populi. hanc enim rationem tangit litera, dicendo & cōmovit Davidem in eos: hoc est Davidem in ptena eorum. Nec præteribis quod Gregorius perspicaciter ex hac litera hausit: videlicet quōd secundum merita populi disponit Deus mentem principis seu prelati. scriptura enim hēc, manifeste tradit quōd diuina iustitia vindicativa erga populum, cōmovit animum Davidis in malū ipsius populi. *Dixitq; rex ad Ioab principē exercitus qui erat cū eo: discurre queso per omnes tribus Israel à Dan usque ad Beersebah, & numerate populum.* Imperium ad exequendū describitur. ut sciam numerum eius. Ecce vanus finis.

Dixitque Ioab ad regem, adaugeat dominus Deus tuus ad populum tuum quantus nunc est iterumque centuplicet. Iuxta Hebreum habetur, addat Ichouah elohe tuus ad populum sicut ipsi & sicut ipsi centum uicibus, & oculi domini mei regis videant: sed dominus

dominus meus rex cur complacuit in re hac? Imprecando augmentum populi viuente ac vidente rege, obstat Ioab huiusmodi imperio vt pote vano. Prevaluit autē verbum regis super Ioab & super principes exercitus. Vanitas Davidis prevaluit imperio, suasionibus non solum Ioab, sed etiam principum exercitus: renuit enim deliberatus animus consilium. egressusq; est Ioab & principes exercitus à facie regis ad numerādum populum Israel. Et transierunt iarden: & castrametati sunt in haroher ad dexteram cūitatis quæ est in medio torrentis Gad & ad Iah'zer. Venerantque in Ghilhad, & ad terram thal'ithim Chodsi: & venerunt in Dan Iahan, & circumcircia ad Zidon. Et venerunt ad munitionem Tyri & omnes cūitates Chiuei & Chenahanei: & egesi sunt ad meridiem Ichude in Be'er sebah. Circumierantq; totam terram: & venerunt in sine noum mensum & viginti dierum in Ierusalaim. Et dedit Ioab numerū descriptionis populi regi: & fuit Israel oclinentia millia virorum fortium edacentia gladium. Dissonantia paralipomenon cap. 21. tractabitur ibidem. & viri Ichude quingenta millia pugnatorum. Legendum est. virorum. alteraq; dissonantia paralipomenon in eodem capitulo, ibidem tractabitur vbi dissonantia scribitur.

*P*ercuspsit autem cor Davidis cum postquam sic numerauit populus. Considera dispensationē diuini operis. subtraxit tandem tempore Deus præuenientis gratia sua officium, non inclinando cor illius ad pœnititudinem huius peccati: sed consummata numeratione populi, conuerit cor regis ad agnationem & pœnitudinem sui peccati. *Dixitq; David ad dominum, peccavi valde in hoc facta, dupliciter: tum affectu vano, tum neglecia lege. exod. n. 30. numeratio populi sanctitur soliendo dimidiū sicut per singula capita Deo. & nunc dominus transfer. Legendum est. facta transire quæso iniquitatem seruū tui. hoc est effice vt nō maneat, sed ad instar trāfētis se habeat iniquitas hæc relative ad iustitiam tuam. quia stulte egī valde. Accusat se insaniæ propter rationem iam dictam.*

Surrexitq; David mane: & verbum domini fuit ad Gad prophetam videntem Davidis dicēdo. Hinc insinuat quōd nocte hæc sui peccati contritionem David habuerat, & quōd sermo domini hora matutina factus fuerit ad Gad prophetā. Vade & loquere ad David: sic dixit dominus, triū tibi optionem do, elige tibi vnu ex eis & faciam tibi. Venitq; Gad ad David & nūciasit ei: & dixit ei, aut septem annis veniet tibi famæ in terra tua, aut tribus mensibus